



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 38. Aloysius Capponius Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII.
A. C. 1659.

§. XXXVIII.

*Aloysius Capponius Cardinalis
mortuus.*

Biduo post ibidem obiit Aloysius Capponius Nobilis Florentinus, puer adhuc tam mira ingenii præstantia floruit, ut quæcunque ab ejus Preceptoribus traderentur, celeriter acciperet, & fideliter meminisset. Recabat Romæ jurisprudentiæ studio doctoris lauream promeritus: Eminens præterea in eo rara indoles, virtutum amor, rerum gerendarum dextera ac solertia, quas ob dotes, & præcipue ob morum probitatem, & constantissimam prudentiam a Principibus summisque Pontificibus certatim amabatur, atque in multorum oculis in complexu tenebatur: Unde a Leone XI. Apostolicæ Cameræ thesaurarius, a Paulo V. Cardinalis, & Bononiensis Legatus, a Gregorio XV. Ravennatis Archiepiscopus, & ab Innocentio X. Bibliothecarius renuntiabatur. Tandem vero meritis & annis plenus tam cum Purpura exiit.

§. XXXIX.

*Prosperi Caffarelli Cardinalis
extrema.*

Postur